



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1782**

**VD18 90119266**

§. 3. Eadem hæc Constitutio a Papa in Gallias transmissa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67615)

Sæc. XVIII.  
A. C. 17<sup>3</sup>

## §. III.

*Eadem hæc Constitutio a Papa in  
Gallias transmissa.*

Quamprimum Cornelius Bentivolio*Aucta publ.*  
 Apostolicus in Gallica Aula Nun-*l.c. p. 33.*  
 tius hanc Constitutionem receperat, *Epist. Clem.*  
 mox illam Ludovico Regi tradidit, una-*XI. p. 1891.*  
 cum literis, quibus Pontifex eundem  
 Regem, ut eam in Universo Regno  
 acceptari curaret, impense rogabat,  
 hæc ad eum die decima Septembris  
 perscribens: „Apostolicam Constitu-  
 tionem super famoso observationum  
 „in novum Testamentum gallico libro,  
 „quam pastoralis muneri nostri exi-  
 „gente debito, ac maiestate tua pro  
 „ingenito Religionis Zelo, ardentius  
 „postulante nuper edidimus; nostro  
 „tibi nomine exhibebit Venerabilis Fra-  
 „ter Cornelius Archiepiscopus Cartha-  
 „ginensis Nuncius apud te noster, qui  
 „& Majestati tuæ uberior explicabit,  
 „nulli nos studio, aut labori pepercisse,  
 „ut a Catholica Ecclesia, tuoque præ-  
 „sertim florentissimo Regno, perversæ  
 „Doctrinæ luem, quæ hactenus eo no-  
 „centior extitit, quo occultior, averte-  
 „remus. Magna profecto nos admiratio-  
 „sui subiit, & admirationi non impar  
 „dolor, quod tot, tantique uno, nec

li 3

„ad-

Sæc. XVIII. „admodum grandi libro errores cum.  
A.C. 1713. „lari potuerint, ac fallaci penitus arte  
„non ad Ecclesiæ solum, sed ad ipsius  
„Reipublicæ perniciem accommodan  
„inspirato scilicet sensim Christianis po  
„pulis sub speciosa virtutis larva pot  
„statis tam Ecclesiasticæ, quam fœc  
„laris odio æque, ac contemptu. Pomi  
„in Deo firmam habemus fiduciam,  
„jusdem nostræ constitutionis benefia  
„omnia in viam veritatis, ac unitatis  
„tranquillitatem restituenda esse,  
„que ut facilius, atque felicius affe  
„quamur, efficax ab eximia Majestatis  
„tuæ pietate, quod & alias experti fu  
„mus, & in hac potissimum causa  
„Nobis omnino sperari jussisti, auxilium,  
„præsidiumque vehementer exposcimus  
„quo repulsis tandem aliquando qui  
„busvis inobedientium, ac inquietu  
„rum hominum veritati non acqui  
„scentium conatibus, in universa di  
„tione tua præsens Apostolicæ Sedis  
„judicium debita ab omnibus reveren  
„tia excipiatur, religioseque, ac firmi  
„ter observetur. Ita nimirum, chari  
„sime Fili Noster, sicut Gallicani olim  
„Antistites piissimo prædecessori tuo  
„præclare scripserunt, per regnum ter  
„renum cœlestis regnum, id est, Ca  
„tholica Ecclesia proficit, ut cui in  
„tra eam positi contra fidem, & difcie  
„plinam

„plinam Ecclesiæ agunt, rigore Princi- Sæc. XVIII.  
 „pum conterantur, ipsamque discipli- A. C. 1713.  
 „nam, quam Ecclesia exercere non  
 „prævalet, cervicibus superborum po-  
 „testas principalis imponat. Speran-  
 „tes itaque, quod non sit labor noster  
 „futurus inanis, tibi quoque, qui ex-  
 „tirpandis ejusmodi damnatis erroribus  
 „hactenus tanta cum laude adlaborasti,  
 „paterno corde merito gratulamur, ac  
 „præstantiora quæque in dies de tuo in  
 „nos & hanc sanctam Sedem studio præ-  
 „sumentes in constantissima regalis ani-  
 „mi tui religione plane conquiescimus.  
 „Quæ omnia fusi ex dilecto Filio  
 „nostro Josepho S. R. E. Cardinali de  
 „La Tremoille, cum quo hac de re plu-  
 „ribus egimus, accipiet Majestas tua,  
 „cui interim Apostolicam benedictio-  
 „nem amantissime impertimur.,,

#### §. IV.

#### *Hujus Constitutionis recognitio in Gallis facta.*

Priusquam Pontifex hanc Constitu- *Lafiteau*  
 tionem in Gallias mitteret, illius *Hist. de la*  
 exordium & epilogum, uti promiserat, *Const. t. I.*  
 Tremollio Cardinali exhibuit, qui ta- *pag. 144.*  
 men nonnulla verba, quæ Gallis of- *Dorsan.*  
 fensioni esse possent, supprimi rogavit,  
 quibus etiam mox præsente eodem

li 4

Car-